

<sup>6</sup> *Josephi de Rusticis, tractatus plenus in hac materia, Auctoris manum ligavit, ut amplius in ea insistere nollet, sed ad ipsum, & alios Lectores remitteret, ut hoc num. adnotatur.*

<sup>1</sup> **L**iberi in conditione positi, an, & quando censeantur vocati, & quæ conjecturæ vocationem, vel gravamen in re dubia inducant? & de multis in proposito necessariis, quoniam frequenter contingit in Scholis, & Palatiis, controversi; & sanè articulus perdifficilis est, & ferè inextricabilis, & qui nec certa lege, nec concludenti ratione videtur posse terminari, ut inquit Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. II. tit. 2. in princ. ubi num. 19. refert Socinum, Ruinum, Ripam, Decianum, & alios existimantes, hac de re dari non posse certam doctrinam, sed circumspeditioni Judicis, & concludentibus conjecturis hoc relinquendum esse,

<sup>2</sup> Olim ego non absque utilitate futurum existimaveram, si congestis in unum, atque originaliter, & maturè prælectis à me, quæ in diversis, & infinitis locis ad ea usque tempora ab aliis erant scripta, resolutione, & distinctione controversiam hanc dirimerem, Doctorem opinionem concordarem, conjecturas inducendi, vel non inducendi fideicommissi deducerem, ac denique nonnullis, distinctè forsitan magis, quam antea erant, adaotatis, quæ veriora mihi viderentur, in medium proponerem, postmodum verò mutatà sententià, quamvis non levi, assiduo potius, & importuno labore infinita evolvissem, disceptationem hanc idè præmittendam decrevi, quod de ipsa, plenus & eruditus tractatus per Josephum de Rusticis editus, in lucem proditus fuisset, quem ego non videram: quod etiam, & alii Recentiores plenissima, & absolutissima manu scripsissent, quæ vel sola ratione, disputationem sciens, consultò quæ præmittens contentus sum in hoc capite nonnulla confutere.

In primis, in proposito dubio negari non posse quin duæ sint communes & contrariæ sententiæ; nam quod liberi in conditione positi, non videantur substituti, sed solum parentibus suis ab intestato succedant, probarunt innumeri, qui principaliter ducentur sententiâ Glossæ in l. Lucius, 2. in verbo, liberos, ff. de hereditibus instituendis: hos retulerunt Antonius Gabriel, Covarruv. Molina, Mantica, Præcis, Menochius, Decianus, Cephalus, Riminaldus, Rogerius, & alii, quos, statim congeram in unum; è contra tamen, quod liberi in conditione positi, intelligantur substituti per fideicommissum, permulti etiam juris Auctores tenuerunt, quos etiam referendi infra recensent, & novissimè, nervosè defendit, & contrariæ partis fundamentis respondet Andreas Fachineus controversiarum juris lib. 4. cap. 51. per totum, fol. 458. ubi vide.

Deinde & secundò, recentiores juris Scriptores, modò unam, modò aliam partem probasse, atque invicem adèò repugnare aliquando, ut iidem subiiptis contradixerint, & utramvis opinionem eommuniorem esse firmaverint.

Præterea & tertio, unam, & alteram opinionem de facili defendi posse, & contrariæ partis fundamentis satisfieri, si originaliter prælegantur ea, quæ post alios Antiquiores adnotarunt Mantica, Menochius, Simon de Præcis, Alexander Trentacinius, Bonifacius Rogerius: Alexander Raudensis, Peregrinus, & alii referendi infra.

Quartò etiam, ab una, & altera opinione non solum recedi, cum apertè constare potest de voluntate testatoris in contrarium, sed etiam ubi aliqua conjectura concurrat, et si maxima non sit, ex qua deprehendi possit, quid testator voluerit, prout cum multis observat Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 6. num. 3. ubi num. 2. verissimè annotavit, liberos in conditione positos, in Hispanorum primogeniis, censi positos in dispositione, sic, ut impossibile sit in Majoratibus obtinere sententiam Glossæ in dict. leg. Lucius: quod &

Mieres, & Alvaradus referendi infra, probarunt.

Denique & quinto, in hac quaestione legendos quam plures; quorum permultos intactos reliquit Josephus de Rusticis in tractatu, quem de hac materia scripsit, & inter alios videndi erunt omninò Antonius Gabriel commun. conclus. lib. 3. tit. de fideicommissis, conclus. 4. Julius Clarus receptorum sentent. lib. 3. S. testamentum, quest. 77. cum seqq. ubi latissimè Marfarius in epitome fideicommissorum, quest. 20. per totam. Alciatus responsio 482. 483. 484. & 485. & responsio 531. Philippus Portius lib. 2. communium opinionum, conclus. 12. Antonius Gomez. tom. 1. variarum, cap. 5. de fideicommissaria substitutione, n. 42. Menchaca de successione progressiva, lib. 1. §. 4. per totum. Costa in cap. si pater, de testamentis, in 6. in 1. part. verbo, si absque liberis, ex n. 54. Covarruv. in cap. Raimuntius, de testam. §. 3. per totum. Padilla in l. cum acutissimi, ex n. 46. C. de fideicommissis. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 6. in princ. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 3. cap. 1. n. 6. Mieres de majoratu, par. 2. quest. 5. n. 18. Franciscus 4 Mantica, Simon de Præcis, & Jacobus Menochius, qui plena, & distincta manu de hac materia scribunt. Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. 11. tit. 2. §. 3. ubi eruditè, & cum explicatione multarum legum, Præcis de ineterpret. ultimar. volunt. lib. 3. dubii. 2. solut. 2. §. 3. per totam, fol. 161. cum seqq. Menochius de arbitrariis, lib. 2. casu 148. & lib. 4. presump. 76. per totam, ubi vide omninò, & in cons. 135. & 152. lib. 2. Franciscus Burlatus in cons. 1. ex n. 8. lib. 1. & in cons. 200. num. 10. & 19. & n. 26. & 27. & n. 33. & seqq. lib. 2. Cephalus in cons. 93. per totum, lib. 1. & in cons. 517. lib. 4. Antonius Galeatus Malvaglia in cons. 76. per totum, vol. 1. Caldas Pereira de nominat. emphyt. quest. 2. ex num. 4. cum seqq. Alexander Raudensis decis. 27. per totam, & decis. 31. 1. part. Marcus Antonius Peregrinus, Tiberius Decianus, & Hippolyt. Riminaldus, qui etiam latissimè egerunt de hac materia. Peregrinus de fideicommissis, art. 28. a princ. fol. 154. & seqq. ubi vide omninò. Decianus in cons. 28. per totum, & in cons. 59. & in cons. 78. & in cons. 102. lib. 2. & in cons. 9. & in cons. 44. & in cons. 86. & 89. & in cons. 101. lib. 3. Riminaldus in cons. 476. lib. 4. & in cons. 502. lib. 5. latissimè in cons. 602. lib. 6. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. 9. ex n. 154. cum infinitis seqq. & est optimum consilium 31. ex num. 11. usque ad num. 21. inter consilia ultimar. volunt. volum. 2. Anton. Thesaurus decis. Pedemontana, 60. & decis. 96. per totam. Joannes Corrafius Miscellan. jur. civil. lib. 2. c. 19. per totum fol. 169. Michael Grassus receptorum sentent. §. fideicommissum, quest. 13. & 14. & S. institutio, quest. 17. Petrus Surdus in cons. 67. n. 3. & num. 35. & seqq. & in cons. 96. num. 30. & seqq. lib. 1. latius in decis. 162. per totam. Achilles Pedrocha in cons. 5. num. 38. & seqq. & num. 66. & in cons. 22. a num. 6. usque ad n. 16. & in cons. 40. a princ. usque ad n. 18. Alexand. Trentacinq. de substit. 4. part. cap. 11. a num. 20. usque ad n. 33. fol. 175. Bonifacius Rogerius in cons. 12. & in cons. 25. per totum, lib. 1. & in cons. 50. ex n. 57. eodem lib. ubi dicit, æquiore, & veriore opinionem esse, quod filii, & alii descendentes in conditione positi, dispositivè vocati intelligantur, & quod omnes ferè Italiæ DD. talem partem sequuti fuerunt, ac etiam Florentini, & Bononienses Advocati magis communiter receptam testabantur, Fabius Turretus in cons. 82. a n. 47. usque ad n. 61. Aldobrandinus in cons. 29. ex n. 18. cum seqq. & n. 52. & seqq. vol. 1. Joannes Vincentius Honded. in cons. 60. n. 83. & seqq. & in cons. 65. ex n. 18. usque ad n. 46. vol. 1. & in cons. 54. per totum, vol. 2. Angelus Matheacius de legat. & fideicommissis, lib. 3. cap. 19. per totum. Jacobus Cancerius variar. solut. lib. 1. c. 1. de substitut. ex n. 35. Franciscus Monaldus in cons. 149. n. 35. & multis seqq. Camillus Borellus Olivetanus in cons. 33. lib. 1. Franc. Gratian. de conciliatione legum Digestorum & Codicis, C. de vulgari & fideicommissaria substitut. numero 19. & seqq. Hieronymus de Cavallos communium contra

contra communes, quest. 94. Additionator Gamæ in addit. ad decis. 341. in fine.

<sup>6</sup> Post hæc autem, & multis jam pridem à me elaboratis, ad manus meas, ut dicebam supra, pervenit Josephi de Rusticis tractatus plenus, an, & quando liberi in conditione positi censeantur vocati, cujus occasione, velut necessariò auctoris sum præsentem hæc disceptationem præmittere, ne ab aliis tacta, & sic copiosè resoluta transcribere velle, aut in hoc otiosè tempus consumere, aliquibus videri possit; forsitan tamen aliquando in medium proferam nonnulla, quæ non ita dilucidè, aut distinctè, ut necesse fuit, à præfato Authore explicentur.

## CAPUT XIII.

## De Melioratione bonorum in Tertio à Patre facta.

Pater, qui unicum tantum filium habet, utrum tertiæ partis bonorum suorum meliorationem facere possit, ita ut in ea gravari valeat filius, aut in favorem descendendum, futurorumve liberorum gravamen, aut fideicommissum injungi? accurata equidem, & diligens explanatio, ubi Scriptorum hujus Regni sententia communis, melius quam antea erat, corroboratur; Joannis Parladorii in contrarium rationes & fundamenta, noviter & verè subvertuntur, & multa adnotatur, quæ alibi Lector non inveniet scripta: deinde melioratio hujusmodi facta filio, quem pater unicum habebat, an convalescat, si alii filii, vel nepotes vivo patre, nascantur? quid è contra, si tempore meliorationis factæ, plures erant filii, aut nepotes ex filiis; tempore autem mortis parentis, unicus tantum filius superfit: ubi etiam traduntur nonnulla, quæ sic distinctè, & absolute explicata non erant ab alio.

## SUMMARIUM.

- 1 Pater, qui unicum tantum filium habeat, an possit illum in Tertio bonorum suorum meliorare, sic ut melioratio valida sit quoad effectum, ut in ea parte possit filius gravari, & per totum caput.
- 2 Meliorationem tertiæ partis bonorum factam à patre filio suo, quem unicum habeat, non valere ex sententia communi Scriptorum hujus Regni.
- 3 Pro qua primum fundamentum adducitur.
- 4 Et Joannis Parladorii solutio noviter, & verè diluitur & num. seq.
- 5 Lex, vel canon, quando utitur aliqua actione, ratione frequentioris usus, non per hoc excludit, nec stat excludere, quin etiam habeat locum in aliis casibus.
- 6 Lex, id quod facile exprimere potuisset, si voluisset, nec expressit, videtur in consideratione non habuisse.
- 7 L. 5. tit. 6. lib. 5. novæ collectionis Regiæ, communis sententia Scriptorum hujus Regni non observari, quicquid contra Parladorium contendat, prout hoc num. noviter advertit Auctor.
- 8 Joannes Parladorium, contra communem sententiam superius relatam, minus bene expendere l. Regiam, 12. tit. 6. lib. 5. novæ Compilationis, prout hoc numero adnotavit Auctor.
- 9 Adducitur secunda fundamentum in favorem communis sententiæ relatæ supra num. 2. & vide etiam n. seq. Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

10 Electionis, aut prælationis ratio considerari non potest, nisi inter duos, vel inter plures.

11 Joannis Parladorii contra Communem ratio quedam diluitur, & inter descendentes nullo casu posse considerari electionem, seu meliorationem ad Tertium, in quo non detur aliquo respectu prælatio: & verè & concludenter hoc num. demonstratur.

12 Melioratio nihil aliud est, quam prælegatum.

13 Prælegatum unico heredi fieri non potest.

14 L. utrum, ff. de assignandis libertis, cum aliis juribus, quæ hoc num. expenduntur, quod optimè urgeat pro sententia communi, relata supra num. 2. & ibidem discriminis ratio, quam inter assignationem, & meliorationem Parladorius constituit, manifesta, & vera ratione destructa.

15 Melioratione Tertii bonorum unico filio factam valere, ita ut possit pater quodcumque onus per fideicommissum injungere, & in ea parte gravare filium: idque ex sententia Joannis Parladorii, D. Francisci Sarmienti, & Doctoris Spino.

16 Quorum præcipua fundamenta hoc n. expenduntur, & vide numero seqq. ubi concludenter & novè respondetur eisdem.

17 In melioratione facta pluribus filiis, vel uni ex pluribus existentibus, diversam rationem militare, quam in ea, quæ unico tantum filio existenti fiat: prout hoc num. contra Parladorium subtiliter & eleganter adnotatur.

18 Joannes Parladorius, lapsus errore manifesto, dum existimavit, majori ratione competere patri jus meliorandi in Tertio bonorum, quando unicum filium habet, quam cum habeat plures, prout hoc num. noviter, & concludenter advertit Auctor.

19 Ultima de functionibus voluntas late, benigneque interpretari debet, atque modis omnibus observari, prout hoc num. latissimè ab aliis explicatum traditur, remissivè.

20 Testator non potest directè, nec per indirectum disporre contra leges, vel aliter quam ipsa disponunt.

21 Testatoris voluntas servari non debet, nec est sequenda, etiam per filium, quando est circa ea, in quibus disponere non potest, nec gravamen adicere.

22 Verbum, quod prælationem denotat, etiam in unica persona non improprie cadit, quando subiecta materia id suadet, vel dispositio ita aptè verificatur in una sicut in pluribus.

23 Pluralis loquutio licet soleat in unico filio verificari, hoc tamen procedit ex voluntate testatoris, & ubi subiecta materia non suadet, appellationem liberorum ad plures esse referendam.

24 Leges in plurali loquentes, verificantur in uno, si eadem sit ratio, secus si diversa, quia tunc verba pluralis numeri non verificantur in singulari.

25 Joannis Parladorii contra communem Scriptorum hujus Regni sententiam, alia duo fundamenta adducta.

26 Joannis Parladorii contra communem ex l. 27. Tauri fundamentum deductum, non subsistit, prout hoc n. novè adnotatur, & ad l. 27. Tauri, non vulgata, & consideratio proponitur, & vide num. seq.

27 Tertium bonorum, Legitimam esse filiorum præcisam, extraneorum respectu, sed inter ipsos filios, & descendentes voluntariam, ita ut cui velint parentes, possint Tertium relinquere, dummodo ex ipsorum dispositione ad extraneos non perveniat, existentibus filiis aut descendentibus eorum.

28 Joannes Parladorius contendens, nullam discriminis causam posse dari, quare magis tertia bonorum portio computetur intra Legitimam unico filio existenti, quam existentibus pluribus, deceptus apertè: & discriminis ratio novè considerata adversus ipsum, per Auctorem.

29 Joannis Parladorii fundamentum contra communem, ex l. 27. Tauri deductum, fallax esse, & minus idoneum, prout hoc num. adnotatur, ubi traditur verus sensus, 27. Tauri.



- 30 Legitima quod sit quota hereditatis, ex sententia multorum.
- 31 Melioratio autem Tertii quota bonorum.
- 32 Legitima quod sit quota bonorum, ex sententia plurimorum.
- 33 Opinio communis amplectenda est.
- 34 Maxime si melioribus & fortioribus rationibus sit comprobata.
- 35 Joannis Parladorii objectum, adversus ipsum retorqueri posse, prout hoc num. adnotatur.
- 36 Melioratio si fiat filio, quem pater unicum habet, & postea nascantur alii filii, vel nepotes, vivo patre, an talis melioratio convalescat, quæ ex tertia bonorum portione facta est, & num. seq. ubi dubium hoc late, & melius quam hactenus disputatur, & num. 43. resolutio traditur.
- 37 Melioratio Tertii vinculata, an valeat, si quando pater eam fecit, plures filios habebat, aut nepotes ex filiis; tempore autem mortis, unicus tantum filius superstit, & vide infra, numero 51. ubi traditur resolutio.
- 38 Donatio omnium bonorum, vel majoris partis eorum, facta ab eo, qui liberos non habebat, revocatur in totum ipso jure, natiuitate filiorum postea natorum, & ibidem de materia l. si unquam, C. de revocandis donationibus, latissime actum, remissive.
- 39 Inducta ad restrictionem, seu diminutionem, augmentum operari non possunt.
- 40 Donatio facta à patre filio, quem unicum habebat, alius postea susceptis liberis, an revocatur hodie, attentato jure Regio, quoad tertiam bonorum portionem?
- 41 Bernardi Diaz in proposito dubio opinio relata.
- 42 Et contraria opinio multorum magis probata.
- 43 Quæstionis proposita supra, n. 36. resolutio traditur.
- 44 Quod à principio non valet, ex causa de novo supervenienti confirmari potest.
- 45 Tempus solum, licet non sit modus tollende, aut inducende obligationis, cum aliis tamen administrandis utrumque potest operari.
- 46 Judicium, quod à principio erat nullum, ex jure supervenienti confirmatur.
- 47 Domini supervenientia confirmat jus pignoris, & hypotheca ab initio inutiliter constitutum in re aliena.
- 48 Dispositio, quæ simpliciter facta non valeret, potest fieri sub conditione collata in tempus habile, & ibidem decisio l. in tempus, ff. de hereditatibus instituentibus, nonnullis exornata, remissive.
- 49 Dispositio testatoris simpliciter facta, intelligitur facta eo casu, & modo, quod de jure fieri potest ut valeat.
- 50 Donatio liberis postea susceptis, an revocatur ex constitutione l. si unquam, C. de revocandis donationibus, si donans tempore donationis de liberis cogitasset, & adhuc donationem fecisset; ubi Bernardi Diaz, & Gregorii Lopez contrarietas distinctione componitur.
- 51 Quæstionis proposita supra, num. 37. vera resolutio traditur.
- 42 Legitima filiorum, ut æstimetur, consideratur, tempus mortis illius, de cujus bonis Legitima debetur.
- 43 Actus semel perfectus atque consummatus, non vitatur, etiamsi deveniat ad casum, à quo incipere non potuisset: secus tamen, si perfectus, aut consummatus non fuit.

**D**Ubia est, & inter Scriptores hujus Regni controversia quæstio, nec quidem absolute explicata: utrum pater, qui unicum tantum filium habebat, possit illum in Tertio bonorum suorum meliorare, sic, ut melioratio valida sit quoad effectum, ut in ea parte possit filius gravari, aut onus restitutionis in favorem descendendum, aut futurorum liberorum eidem injungi, juxta text. in l. 11. lib. 5. novæ collectionis Regiæ? Et ne-

gativam partem, non valere scilicet meliorationem tertiæ partis bonorum factam à patre filio suo, quem unicum habebat, tenuerunt Gregorius Lopez, Palacios Rubios, Didac. de Covar. Petrus de Peralta, Anton. Gomezus, Didacus Perez, Tellus Fernandez, & alii, quos refert, & sequitur Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 11. num. 3. D. Antonius de Padilla in l. cum virum, num. 2. C. de fideicommissis, Gaspar Bæcius de non meliorandis dotis ratione filiabus, cap. 9. num. 7. fol. 52. Bernardus Diaz regula 213. fallentia 4. versic. nec huic mee sententiæ, Lara in l. si quis à liberis, § parens num. 43. de liberis agnoscendis. Alvaradus de consuetudine mente defuncti, lib. 2. cap. 2. in princ. num. 22. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 9. n. 15. & tit. 6. glos. 2. num. 3. lib. 5. collectionis Regiæ. Azevedius in l. 3. eodem tit. & lib. num. 13. Burgos de Paz junior civilium, quæst. 1. num. 19. Angulus ad leges Regiæ meliorationem, in l. 5. glos. 1. num. 7. fol. 131. & in l. 11. glos. 10. num. 1. per totum, fol. 131. Et pro hac sententia sequentia suffragantur fundamenta.

In primis, quod ferè omnes leges hujus Regni, quæ de melioratione tractant, semper loquuntur de pluribus liberis, in plurali numero, nec de unico tantum sermone faciunt, quasi sentiant, ad unicum filium meliorationem adaptari non posse, ut constat ex l. 17. 18. 19. & seq. Tauri, l. 1. & seq. tit. 6. lib. 5. novæ collectionis Regiæ, & in l. 27. Tauri, quæ hodie est l. 11. tit. 6. lib. 5. ubi ponitur ordo, & forma, juxta quam substitutiones, aut vocationes fieri, & gravamina possunt, aut debent apponi per patres meliorantes aliquem ex filiis, vel descendentes, & dicitur expressè: Mandamos que quando el padre, ó la madre mejovent alguno de sus hijos ó descendientes legitimos. Quæ verba verificari non possunt in singulari; & sic, quando unicus tantum existat filius, ex his, quæ in simili adducit Baæza de non meliorandis dotis ratione filiabus, cap. 9. num. 27. & 28.

Nec satisfacit solutio Joannis Parladorii rerum quotidianarum, lib. 1. c. 7. num. 20. dum dicit, quod prædictæ leges non quidem disponendo, sed narrando potius plurium liberorum mentionem faciunt, atque etiam ratione frequentioris usus: quo casu non rectè ex talibus legibus argumentum sumitur, juxta quæ tradit Jason in leg. 1. n. 32. C. de sacrosanctis Ecclesiis, ubi ex doctrina Glossæ, in Clementina 1. in verbo, præfidentes de re scriptis, adnotavit: Quod quando lex, vel canõn utitur aliqua dictione, ratione frequentioris usus, non per hoc excludit, nec stat exclusivè, quin etiam habeat locum in aliis casibus. Verumenim verò, si ad mentem dictarum legum attendas, non obscure colligere poteris, non ratione frequentioris usus, sive non narrando, (quod proculdubio divinare est sed cum maximo mysterio dictum fuisse semper: Alguno de sus hijos, ó descendientes: Quæ verba & disponunt quidem, & mentem legislatoris ostendunt, ac etiam sic intelligi debent, ut minus lædant jus commune, quam fieri possit, ex his, quæ scribunt Aretinus in cons. 12. num. 7. vers. sed tamen. Pedrocha in cons. 16. num. 95. Sed juxta jus commune, leges illæ unico filio non conveniunt, ut statim probatur: ergo aliter quam sonant, intelligi non debent, nec extendi ad casum, quo unicus tantum filius existat, maxime cum præsumptio sit, quod lex id noluerit, quæ semper de aliquo ex pluribus meliorato, aut meliorando loquuta est, nec unquam in casu proposito, nec de unico tantum filio existenti, qui melioratus sit, meminerit: quoniam facile id exprimere potuisset, si voluisset; & sic dicendum est, unicum filium quoad meliorationem, rationem nullam habuisse: ex his, quæ notatur Decius in cons. 442. n. 9. & in cons. 513. n. 11. Parisius in cons. 31. n. 7. & in cons. 58. num. 5. lib. 2. Gozadinus in cons. 29. num. 16. & in cons. 83. num. 9. Socius junior in cons. 200. n. 12. lib. 1. Joannes de Monte Sperello in cons. 41. num. 5. vol. 1.

Nec urgent in contrarium leges Regiæ 5. & 12. tit. 6. lib. 5.

## De Melioratione bonorum in Tertio à Patre facta. Cap. XIII. 69

lib. 5. novæ collectionis Regiæ, quæ secundum Parladorium dicto cap. 7. num. 21. in singulari numero loquuntur; Nam verè dict. l. 5. tit. 6. non loquitur de unico filio tantum, qui exstaret, & melioratus esset, sed de filio, aut alio descendente legitimo, qui inter alios filios, aut descendentes electus sit ad meliorationem, ut possit ex dispositione illius legis repudiare hereditatem, & acceptare meliorationem, solutis debitis. Et postmodum dicit illa lex in plurali numero: Sean obligados los tales majorados.

Lex verò 12. tit. 6. lib. 5. novæ Compilationis, minus bene expenditur in contrarium, per Parladorium, loco relato supra. Nihil enim interest, an lex illa loquatur etiam in casu, quo unicus tantum filius, aut descendens existit, cum non loquatur in melioratione Tertii, quæ unico filio non convenit, ut hactenus probatum est; sed in Quinto bonorum, quod etiam unico filio relinquere potest, sicut extraneo: quo casu decidit ibi, quod ex vi, & dispositione duarum legum, quæ permittunt parentibus disponere de Quinto bonorum, non censetur permissum ultra unum Quintum disponere posse, neque in vita, neque in morte, sive Quintum donetur, aut legetur descendentes, sive extraneis.

Secundò, pro eadem communi sententia facit, quod melioratio denotat id, quod præ cæteris filiis sibi æqualibus ex gratia, & liberalitate parentum filius consequitur: quod si unicus tantum filius sit, nulla gratia exerceri videtur, nec liberalitas aliqua considerari valet; quippe cum omnia bona parentum sint hodie de jure hujus Regni Legitima, & proprium patrimonium filiorum, excepto Quinto bonorum, de quo possunt parentes ad libitum disponere, ut ex l. 9. tit. 5. lib. 3. fori, adnotatur Antonius Gomezus in l. 17. Tauri, in princ. Baæza de non meliorandis dotis ratione filiabus, cap. 1. n. 17. & num. 19. & cap. 9. num. 8. & num. 44. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 11. num. 3. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 9. num. 17. Matienzus in l. 2. tit. 6. glos. 3. num. 2. & Azevedius ibi n. 9. lib. 5. novæ collectionis Regiæ: & ideò nec in illo gravari possit ullo modo, cum sit pater Legitimæ, ex constitutione l. quoniam in prioribus, C. de inofficioso testamento, & his quæ in proposito scripserunt latissime Guil. Bened. in cap. Rainuntius, de testamentis, verbo, reliquit, ex num. 26. usque ad num. 44. Costa in cap. si pater, de testamentis, in 6. in 2. part. verbo, debita, & verbo privare non possit. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 1. numero 29. & post infinitos ab eo relatos Pedrocha in cons. 6. à princ. Eo etiam, quod regulariter electionis, aut prelationis ratio considerari non potest, nisi inter duos, vel inter plures, ex leg. unum ex familia, l. cum quidam, l. 2. l. cum pater, §. à filia, ff. de legatis 2.

Quibus non obstat dicere, quod verbum hoc meliorationis, non semper significat electionem, seu prelationem, sed potius legatum, aut donationem: quo argumento contra communem Scriptorum hujus Regni sententiam utitur Parladorius dict. cap. 7. num. 12. & sumit illud ex resolutione Telli Fernandez in l. 21. Tauri num. 5. & 6. Quia respondetur, quod licet verbum prædictum aliquando stet propriè comparativè, aliquando verò electivè, seu positivè, ut eruditè, & latius declarat Tellus Fernandez dict. n. 5. & 6. Tamen inter filios, & nepotes, qui habent primum locum in successione, quod stet comparativè, certum est, & tunc significat propriè prelationem: inter alios verò, quibus nulla est successio, hoc est, inter nepotes, quibus melioratio fieri potest, etiamsi parentes eorum præcedant in gradu, ut statim dicitur, licet non stet comparativè, sed electivè, negari non potest, quod sit etiam prelatio respectu descendentiæ, quod ipsemet Tellus fatetur ita ut inter descendentes nullo casu considerari possit electio, seu melioratio ad Tertium, in quo non detur aliquo respectu prelatio, quæ unico tantum filio aut descendente existenti, considerari non potest; & sic,

sive sit melioratio, sive electio, aut donatio, quod inter plures fieri debeat, pro certo supponit Tellus Fernandez ibi, ut minimè possit ejusdem Authoris doctrina, aut resolutio contra Commune, quam ipsemet defendit, ponderari.

Tertiò, pro eadem sententia communi facit, quia melioratio nihil aliud est, quam prælegatum, ut defendit Rodericus Suarez, in l. quoniam in prioribus, limit. 7. num. 1. & 9. & sequuntur Segura in l. 3. §. finali, ff. de liberis & posthumis, num. 110. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. parte cap. 9. num. 16. Quæstada diversarum quæstionum juris, cap. 6. num. 15. Gomez de Leon in centuria informationum juris, cap. 5. num. 8. Matienzus in l. 2. lib. 6. glos. 3. num. 3. & ibidem Azevedius n. 8. lib. 5. novæ collectionis Regiæ, & videtur probare l. 9. tit. 5. l. 5. ordinamenti: quæ inter legata refert meliorationem, ut sic ea lex conveniat titulo, cui subjacet, juxta vulgatam doctrinam textus in l. Imperatores, ff. de in diem additione: at prælegatum unico hæredi fieri non potest, ex ratione l. planè, la 1. §. si duobus, l. legatum, §. 1. ff. de legatis 1. l. in fideicommissariam, §. si legatum, junctâ Glossâ, ff. ad Trebellianum: ergo nec melioratio fieri poterit unico filio.

Quartò deinde, pro eadem parte urget etiam textus, in l. utrum, ff. de assignandis libertis, & in §. 1. junctâ suâ Glossâ, Institut. de assignatione libertorum. Quibus probatur, jus illud assignandorum libertorum, ita demum competere patri, si plures liberos habeat; ergo idem statuendum est in melioratione Tertii bonorum, quia cum unicus tantum filius existit, non datur subjectum inter quos cadat electio, seu prelatio.

Nec placere potest discriminis ratio, quam inter assignationem, & meliorationem constituit Parladorius dict. cap. 7. num. 24. ubi dicit, quod Authorum hujus Regni ex dictis juribus argumentatio deducta, nullum sibi negotium facebat; nam cum hominum vita mortalis sit, supervacuum esset, illam liberorum assignationem in futuros descendentes facere, cum liberti perpetuò vivere non possint: unico autem filio frustra assignaretur, quippe cum ipse sine tali assignatione, jus Patronatus haberet in nostra verò specie, et si unicus filius cuncta bona patris habiturus esset absque melioratione, attamen futuris descendentes non satis consultum esset: ideò secundum ipsum, non est inutilis melioratio unico filio facta, quia per eam, bona perpetuò durabunt; & futuris descendentes multum erit consultum.

Sed adverte, obsecro, nam si verum est, prædictam assignationem frustratoriam videri ex eo, quod absque illa filius consequeretur jus Patronatus; & similiter in casu nostro, filius unicus asque melioratione, cuncta bona patris consequi potest, & debet, quæ ejusdem Legitima sunt, excepto Quinto, rectè quidem illorum jurium ratio, & decisio per Scriptores hujus Regni huic quæstioni applicatur, in qua futurorum descendendum utilitatem considerate, aut illis nondum existentibus, consulere velle, non solum æquum est, aut Regii juris decisioni conforme, ut Parladorius minus quidem bene arbitratur, sed etiam ab ipsa æquitate valde alienum, & ipsius juris constitutioni contrarium, cum Legitima filiorum nullum gravamen recipiat, ut supra dictum est, & unico tantum filio existenti, omnia bona parentum sint Legitima ejus, excepto Quinto; ita ut etiam Tertium dicatur Legitima, ex his quæ post alios à se relatos scribit Azevedius in l. 2. tit. 6. lib. 5. novæ Compilationis. Et consequenter in illo Tertio, nullum gravamen, nec fideicommissum, aut onus restitutionis potest injungi, etiam in favorem futurorum descendendum; nec debet attendi æquitas, quæ imaginariè aut ex capite tantum procedit, habetque in contrarium juris contrarii decisionem, aut quæ sine damno, & gravamine Legitimæ filiorum fundari non potest: quo casu minimè procedunt ea, quæ pro æquitate contra rigorem solent cumulare Doctores, ex Jason in l. placuit, num. 3. C. de judiciis.